



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

B. Ignatij constantia in arcendis à Societate honoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Non multa prece opus erat apud Ignatium: B. Ignatij
constantia in
arcendis à se-
cietate hono-
ribus. qui quanquam Episcopos duos è suis in Æthiopia mittendos, & Patriarcham designari sub idem tempus permisit: quod nec alij, qui in barbaras illas solitudines mitti vellent, reperiebantur: nec ibi regendæ, sed de integro fundandæ erant Ecclesiæ; tamen pristina severitate obseptas in Europa honoribus fores volebat esse. Martinengi collaudauit studium, sed spem ei omnem præcidit. Nam nec ante in Iaio, nec nuper in Francisco Borgia, quem Cardinalem Imperator Carolus deposcebat, Societatis rationes ubi audiuit, censuisse Pontificem ab sua illam humilitate extrahendam. Ad extremum, pro sua erga Ordinem huc pietate ipsummet orauit, ut eius partes apud Ferdinandum potius tueretur. His Martinengo perscriptis, animos eorum in Vrbe, quos existimauit ex vnu fore, præoccupauit: & ne quod forte clanculum à Pontifice iussum eliceretur, unde vis Canisio fieret, pro sua vigilantia iussit Theologos diligenter exquirere, si repentina eiusmodi denuntiaretur necessitas, fas esset nec ne tempus sumere ad edocendum Pontificem. Cumque Theologi prorsus ius, fasque id esse: cumq; laude,

L 2

ac

ac præmio apud Deum fieri posse respondisse
 etiam Canisium monuit, si forte ultimus ille o-
 sus incideret, oblatas Pontificis literas obsequen-
 ter vtiq; acciperet, capitiq; in obedientiæ signu-
 imponeret: ceterum habere se adiiceret, quæ an-
 rei effectum interesset à beatissimo Patre cogni-
 sci. Respirauit ad hunc nūtium Canisius, eo pa-
 sertim, quod tam bene animatum, & constatè
 perspexit Ignatium. Non tamen solicitude plan-
 detersa est, quin adeò ex integro rediit, cum Ma-
 tinengus Vienna decessisset. Acrius quippe i-
 stauratum certamē est apud Cardinales multo
 & Pontificem ipsum, regio Romæ Procurato-
 raco Lasso, magni præmij, nempe consimil
 honoris, vel etiam amplioris, oblata spe, si rema-
 exitum perduxisset. Qui cum pro recenti degu-
 stata spe, veteriq; studio Regi placendi connitere-
 tur, nec apud Rodulfum Cardinalem Carpensem
 ad quem literas dederat Rex, nec apud alios quo
 quam patrocinij inuenisset, ad extremum adeū-
 dum fidenter tentandumq; Pontificem censuit.
 Sed id modo est consequutus, vt clementia erga
 minimam hāc sodalitatem sanctissimi Patris (Iu-
 lius is erat hoc nominetur) clarissime, si yn-
 quam,

*Nona certa
 mina de Epi-
 scopatus Ca-
 nisij.*

*Iulij III. Pon-
 tificis in So-
 cietatem be-
 lignitas.*